BOANERGES.

Seu Filius Tonitrui, hoc est, Fulmen.

ORATIO

DE S. IOANNE APOSTOLO, ET EVANGELISTA.

HABITA

Quirinali Pontificum Sacello.

AD SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM

CLEMENTEM X. PONT. MAX.

A PLACIDO SPARAPANO CAMERTE.



ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. MDCLXX.

Superiorum permiſſu.

CLEMENTI X. PONTIFICI MAXIMO.

Placidus Sparapanus Felic.



Ilectus Chriſti Diſcipulus fas eſt, vt Chriſti quoque Vicarij ſit dilectus. Eius porrò, quem diligimus, laudes & audire libet, & legere. Et Tu quidem, Beatiſsime Pater, Ioannem effuſa laudatione digniſsimum, breuiſsima oratione, qualis nimirum loco debebatur, ac tempori, ſolemnia inter Sacelli Tui Pontificij Sacra à me laudatum audiſti. Eadem ferè, paulòque pluſcula verba, quæ Tuis tum benigniſsimis auribus accidére, ante Sanctitatis Tuæ pedes cum ipſorum oſculo humillimè prouolutus in hac pagina clementiſsimis Tuis oculis legenda nunc offero; ea fretus fiducia, fore vt in argumento, quod mihi propoſitum fuit, amoris, Tuę illius beneuolentiæ memoriam repetas, qua Tu me Ca-

mertium olim Antiſtes ea in Vrbe complexus es, & iugi deinceps voluntatis Tuæ ſignificatione fouiſti. Quod veluti mihi glorioſum eſt maximè, ita Deum enixè rogo, vt Pontificatus Tui Orbi vniuerſo tàm ſalutaris, & fauſti gloriam, votis omnium exorata ipſius pietas annuat diuturnam.

Boanerges,
Seù Filius Tonitrui, hoc eſt, Fulmen.

ORATIO
S. IOANNE
EVANGELISTA.

BOANERGEM, ſeù Filium Tonitrui, hoc eſt, Fulmen (Beatiſsime Pater) ſuum nuncupauit Diſcipulum, quem Chriſtus Magiſter amantiſsimus idem, ac ſapientiſsimus diligebat. Quid amori cum fulmine? Ioannes certè, poſtquam Dominicæ dilectionis ſignificatione pręcipua ſupra pectus Domini in ſuprema illa, Diuinaque Cœna recubuit, eo de ſinu non fluenta modò doctrinæ, arcanaque cæleſtia, ſed locupletiſsimi etiam amoris vberem adeò venam largiter, affluenterque potauit, vt amorem proindè ex abundantia cordis affatim deinceps eructans, nihil habuerit in ore frequentius, quàm dilectionis ſuadelam illam planè dulciſsimam, Filioli diligite alterutrum; præceptum namque Domini eſt, &, ſi ſolum fiat, ſufficit. Et hunc, quem etiam ſui Vicarium adoptione mirabili, Genitrici ſuæ filium ſalutis idem noſtræ Vindex inter moriendum attribuit,

Marc. 3. 17.

eis Hie ron. in epiſt. ad Galat.

buit,

buit, adſcito cognomine appellari decuit Boanergem? At enim Diuina Sapientia Veritaſque ſic loquitur: Latet igitur in hac appellatione myſterium: perſcrutemur. Dilectionis filius, filius tonitrui appellatur. Audio: non niſi fulmen eſt amor: Tot[illegible] fuit amor Ioannes, totus igitur & fulmen f[illegible] men certè amorem eſſe quis neget? Vt ne[illegible] ni, ſic etiam nemo poteſt amori reſiſte[illegible] it omnia fulmen, & omnia vincit amor. Feriunt [illegible]tos fulmina montes: & Deum ſupra non montes modò, ſed ſupra cæleſtes orbes altiſsimum tanta cum vi perculit amor, vt illum indè non ſolùm minoratum ab Angelis, ſed diminutum planè, comminutum, exinanitumque in terras altè conſtrauerit. Nuſquam ſe ſe mors quàm in fulmine fortiorem o-
Cant. 8. 6 ſtentat: Atqui dilectionem fortem eſſe, ceu mortem, ſuo nobis Deus & oraculo, & periculo approbauit; quando Deum nempè viuum, immortalemq; vitæque pariter, & immortalitatis artificem vna tantùm generis humani dilectio dedit neci. Parùm dixi, qui amorem æquaui cum fulmine; ardentior multò, potentiorq; fulmine caritas eſt: ruat enim fulmen in flumen, aut mare, deficit illicò, & vaneſcit: At verò aquæ multæ, ex effato mortalium Sa-
Cant. 7. pientiſsimi, non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam. Benè igitur, ſapienterque Dilectionis filium, filium tonitrui, hoc eſt fulmen, Ioannem appellauit corporata Dei Sapientia
Boa-

Boanergem. Et verò vim in Ioanne sternentis omnia fulminis sensere olim certè, sentientque in omnem posteritatem monstrosi scelerum, hæresumque Magistri, Gigantes Deo, Fideique bellum longè nefarium inferentes; quos è Cælo planè tonans, ...sque Ioannes perculit, ac difflauit: cum ...es, & sidera euectus, inque solium ipsum, ...iuinitatis immergens sese, vibratum illud, ... in Arrium, & vniuersos de Christi Diuini... impiè sentientes intorsit, In principio erat ..., & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Io.1.1. Vim etiam in eodem omnia vincentis ...oris amantes Christi sentiunt, sentientque, cum ex ipsius ore prolatum, scriptumque calamo tenerum illud, ac dulce auribus item, ac animis aut legunt, aut audiunt: Et Verbum caro factum est. Quid? Io.1.4. in Angelos ipsos, hoc est in Episcopos Ecclesiarum in Asia, quibus Ioannes, quàmque grauibus minis reprehensor, & iam iam vltor intonuit? quis in ijs characteribus fulmen non aspicit, & formidat? Pręmia rursum corruptos mores, inductaque vitia corrigentibus quàm parata, quàm opulenta, ac splendida pollicetur? Et quis ibi vim non agnoscit, faterurque amoris suauissimè fulminantis? Iam verò Ioannes ipse sub infensis Christo Principibus, Tyrannisque in Christi asseclas omni furore, ac scelere immanissimè sæuientibus, quibus non iactatus est fluctibus, & procellis? In aquis tamen multis periculo-

riculorum, ærumnarumque fecit profectò ille prodigia, cuius caritas tot tempestatibus, vndarumque iras despumantium montibus, nec obrui potuit, nec extingui. Ex olei feruentis dolio immunis, illæsusque dicitur exiuisse. Vsque adeòne Ioannis, & fulmineus amor, & fulmen amabile oleo pro... nutritur? Denique in Sanctis ijs quatuor ... lis Animalibus Ioannem Aquila figurau... alitem rerum naturalium Historici fulmi... gi testantur; & ab eodem Poetæ commen... rum Ioui ministrari fulmina fabulantur ... fulmen Deus non visus est abstinuisse à Io... dixit, Sic eum volo manere donec veniam ... q... Ioan. 21. 22. obrem exijt sermo inter fratres, quòd Discipulus ille non moritur. Numne Ioannes rursum fulmen Christo non obtulit, cum aduersus inurbanos, ingratosque Magistro suo Sammaritanos, vna cum germano suo Iacobo ardore subito vehementer exæstuans, Vis dicimus, ait, descen... ignis de Cælo, Luc 9.54 & deuoret illos? Videte iam in Ioann... fulmen, si ... spicite amorem: amorem in Christum, fulmen in perfidos. O Ioannem igitur Diuini simul amoris pignus longè dulcissimum, simul etiam fulmen filium tonitrui Boanergem? cuius nempe pro Christo, reque Christiana vniuersa flagrantis & in amore fulmen, & in fulmine amor fuit.

